



*Regio.**Situs.**Soli fertili-**litatis.**Orbes.**Flumina.**Sylvae.**Regio un-**de dicta.**Soli fertili-**litatis.**Orbes.**Lacus.*

FORO Iulij succedit *Istria* Latinis Græcisque Scriptoribus satis nota; nomen hodie servans: Germanis *Hister-reich*, quasi *Istria Regnum*, dicta. *Iapydiam* quondam fuisse nuncupatam, indicat non obscure Plin. *Peninsula* formam refert: pleraque, inter duos sinus *Tergestinum* & *Carnarium*, mari cincta Hadriatico: ab Septentrione Alpibus munita Carnicis & Noricis: ab Occatu ante aquam in Mare excurrere incipiat, Formionem habens amnem, Arsiam verò fl. ab Ortu. Latitudo xl pass. mill. Ambitus cxvi i, ab Formione, quem dixi ad Fanaticum usque Promontorium, vel intimum Carnarij sinus angulum extensa. Tota Regio asperior est. Collibus tamen potius, quam Montibus ornata: qui Vini, Olei, aliorumque Fructuum feraces: Frumenti, ceterorumque Leguminum infecundiores; exceptis Agri *Piscino* & *Humagio*. Mons ibi est, qui *Major* vulgo, benignus Herbarum Simplicium, quas avide extranea quebitum hue properant Medicis, genitor. Salem *Istria* abunde præbet. Saxi fodinæ ibi non inutiles. In Rovinensi agro Marmor cæditur, quod *Istricum* dicitur, maximis per Italianum precij. Porro *Istria* ex parte Venetorum est, ex parte Austriacorum. Specialiora videamus. Per oram incidenti occurrit statim *Iustinopolis*, Vrbs Chersonesi primaria. Sic *Dicitus* vocatur, quæ vulgo *Cabo d'Istria*. Nomen prius ab *Iustino* Imperatore. Posteriorē deinceps nomine coepit dici, quod *Foro Iulio* egressis in capite adituque Regionis occurrat. Parvam occupat Insulam, quæ passibus longa mille, latitudine modica: trino teli jačtu divisa ab Continenti, cui jungitur Pontibus, qui veritas. Arcem habet in medio, quatuor munitum turribus. In *Venetorum* hodie est ditione. Ornamentum attulit urbi non exiguum *Petrus Paulus Vergerius*, Vir doctissimus. Succedit in ora quinto fere lapide *Castellum Insula*, Continenti ponte lapideo nexum. Sequitur mox *Vranum*, Italis *Castellatum*, & postea *Castellum*, vulgo *Castelletum*. Quingentis hinc passibus ad *D. Simonem* devenitur, inde millia v *Piranum* abest: totidem hinc *Salvorium*: pari prope modum intervallo *Vinacum*. Ab *Vinaco* millia duo numerantur ad *D. Peregrinum*: hinc ad *D. Ioannem* della Corne passibus mille: totidemque dein ad *S. Laurentium* vulgo *Daila*, mox ad alterum lapidem ipsa *Daila*, ad tertium *Civitas Nova*, olim *Aemonia*. Post *Quietum* fl. tria mil. sunt ad *Portum Cerverum*. Visitur quarto inde lapide *Parentium* civitas, hodie *Parenzo*. Sequitur mox *Oppidum Orser*, Latinis *Vrserium*. Superato, *Lemo*, *Rovinum*: tum mox quæ vulgo *Le Colonne*, *Portofuol*, *Muražzo*, indeque Promontorium *Cisanum*. *Muratio Phasaniam* tria sunt milia, hinc ad *Vallum Bandoniam*, duo totidemque ad *Marcodanum*: tria inde, ad *Portum Pole*. Conficiendam deinde se præbet in alto difficilique Monte Vrbs Episcopalis *Pola*, priscum nomen retinens: Straboni, Plinio, Ptol. Antonino, alijsque nota. Plinius *Coloniam* vocat: conditam olim ab *Colchis ex sulibus*. *Polam enim Exsulum Civitatem Colchorum* lingua volunt dictam. Addit Plinius suo seculo *Iuliam Pietatem* appellatam. In solo plano sita, Tergefta milibus circiter centum abest: Ancona, træctu Maris Hadriatici, mil. ccxx. Amphitheatrum videtur est in suburbanis locis ex quadrato lapide, aliudque amplissimum ædificium, vulgo *Zadro* dictum: cum multis alijs Antiquitatum variarum Monimentis. Reliqua prætero. *Istria* fluvij sunt *Risanus*, *Draconia*, *Quiebus*, *Lemus*, *Arfa*, *Risanus* Ptol. dicitur *Quaquier*. Wolfgangus Lazius vocat *Alben*. *Draconia* nomen ab tortuoso finuosoque lapsu, quo *Draconi* adsumuntur. Inhabitur in finum *Lagonem*. Qui *Quietum* incolis, Latinis hujus ævi *Labatus* nominatur. Italis *Labeto*, Germanis *Laybach*, *Lemus* Euripus magis, quam fl. videtur. Qui *Arfa* Plin. & Itinerariae Tabulae, nomen hodie servat, *Arfa* dictus. Terminus est Italia. *Sylva* etiam sunt, tum alijs usibus, tum ad naves exstruendas materiam affatim subministrantes. Incolae sunt tenuiore. Venetis omnem negotiationem ad se trahentibus. Luculentam *Istria* delineationem habet *Cassiodorus* lib. iv *Variarum*. Ejusdem Chorographiam scriptis Petrus Coppus. De *Windorum Marchia*, *Karstia* & *Cilia Comitatu* vix habeo quod scribam, pauca ergo de *Carniola* subjiciam.

C A R N I O L A .

*Regio un-**de dicta.**Soli fertili-**litatis.**Orbes.**Lacus.*

CARNIOLA à *Carnis* populis, quemadmodum & Carinthia nomen obtinuit. De his Volaterranus Geographia lib. 11, *Supra Istros Carni sunt, lata Regio, à Foro-Iuliensibus incipiens, atque ad montana pertinens*. Hoc loco lapides *Liburnos* que olim habitasse tradunt. In his verò regionibus Illyricis tanta etiamnum est terminorum confusio pro varia Republica, seu Imperii Romani status, vicissitudine, ut Provinciarum qua hodie ibidem numerantur, vix aut penitus nulli certi Limites tradi queant. Regio ipsa Carniolæ montosa licet & alpestris, quemadmodum & reliqua hujus tractus Provinciæ, Vini tamen, Olei, Fructuum ac Frumenti hinc inde copiam profert. *Carniolam* autem duplē statuunt. *Siccum scilicet*, quæ aquarum indiga est: alteram irriguam, in qua *Savus* fluvius ortum habet, & *Nauportus*, qui *Labatus* hodie dicitur, & alijs plures fluvij: Ducatus titulo ornata est. Vrbs primaria *Labacum* ejusdem cum fluvio nominis. Nonnulli *Goritiam* in Carniola collocant, quam nos supra in *Foro Iulij* recensuimus. In lœva *Sonti* ripa sursum propugnacula reperiuntur bina, quondam à Venetis ad tutelam fluminis condita, ne Tnrarum excursionibus hac, ut prius, pataret via. Reliquæ, quæ hic recentur civitates in *Foro Iulij* à nobis commemoratae sunt. Porro in hac regione *Lacus* est, qui singulis annis *Messem*, *Piscationem* & *Venerationem* præbet. Adecolæ *Zircknitz* nominant ab Oppido *Zircknitz*, quod in ejus ora situm. Straboni, locus hic an *Lacus* dicam? vocari putatur *Aysos*, in Pannonia descriptum. Sed liber ejus descriptionem paullo accuratius ex Georgio Wernerio hic describile, Clauditur is circumquaque Montibus: patet ad sequemilliarium, minus laxa latitudine. Plurime in locis decem & octo cubitos altus est; & ubi minimum profundus est, æquat justam corporis mensuram. Ex Montibus circumpositis rivi quidam ignobiles procurrunt suo quique alveolo: ab Orientali quidem plaga tres, ab Australi quatuor. Singuli quo longius fluunt, hoc minus facient aquis, terra nimurum ipsos combibente, donec postremo absorbeantur scrobibus saxeis, ita natu, ut humano opere excise videri possent. Hic aquis ita redundantibus, ut recipi non possint, fit ut regurgitent scrobes, neque solum nihil aquæ admittant, sed etiam quidquid reperirent, effundant tanta celeritate, ut refluxus impetum equiti quamvis expedito & fugienti ægre effugere liceat. Itaque quacumque pateat locus, diffunduntur aquæ & *Lacum* efficiunt. Haec aquæ non minus fere celeriter recessunt, quam acceperunt, sed non per scrobes illas tantum, sed universa pene terra eas non aliter recipiente, quam si per cribrum diffunderentur. Quod cum fieri sentiunt Accolæ, continuo grandioribus ejus meatis, quo ad fieri potest, obstruētis, agminatim advolant ad punctionem, quæ ipsi non modo jucunda, sed etiam perfructuosa est. Nam hi pisces sale conditi magna copia ad vicinos exportantur. Porro siccato lacu fit *Messis*, qua parte solum confitum, & idem rufus conferitur, antequam inundet. Graminis ita est ferax, ut post xx diem fecari soleat. Quis hic ludentis naturæ miracula non suspiciat? Sed de his haec tenus, ad reliqua pergamus.

F R I U L I

Et *Istria*, *Karstia*, *Carniola* & *Windorum*

Marchia, Cilia Comitatus.

Ecclesiastica Administratio.

Aquilegia Patriarchatus 36 10.45 42. sub quo sunt *Episcopatus hi*, *Concordia* 35 24.45 17. *Pola* 37 20.45 4. *Parentium*, 36 46.45 12. *Tricfinensis* vel *Tergestinensis* 36 43.45 38. *Comaclensis* vel *Petenensis*, *Iustino politanus* nunc *Capo d'Istria* 36 46.45 31. *Madrensis* Civitatis nova, vel *Emonensis*.

Reliquos Episcopatus qui subsunt Patriarchæ Aquileiensis, quare Tab. II Lombardia.

Gradensis Patriarchatus 36 12.45 53. sub quo sunt *Castellanensis* vel *Venetiarum Episcopus*; *Tercellanensis* 34 54.49 24. *Equilenensis* vel *Eusulanus*, *Capriliensis*; *Clodiensis* 34 53.49 29. in Tab. Verona. Civitatis nova, 35 17.45 30.

Meridiani distant pro ratione Paralleli 46 0. ad Meridianum.

S E Q U U N T U R apud Mercatorem Forum Iulij & *Istria* cum alijs Regionibus: No- Regio & men huic regioni vel ab *Foro-Iulio*, Vrbe primaria, vel ut alij volunt, ab *Iulio Cesare*, qui unde aliquot Legiones hac aduersus Germanos duxerit. Italis hodie *Friuli*: Germanis *Friaul*: *Ita*. Venetis alijsque *Patria* nuncupatur. *Aquileiem* etiam appellatam fuisse ab *Aquileia* Metropoli, patet ex Historijs. Fines huic Regioni apud Leandrum & Candidum, ab *Situ*. *Orta* *Istria*, ab *Aquiloni*, Montes Iapidij: qua Occalus, Alpes Vindelicæ Noricæque; qua aufer, Sinus Hadriaticus. Beant Regionem Cœlum temperatum; Aër salubris, *Cœli tem-* campi lati, irrigui, fructuunque omnigenorum fertiles, Prata nitidissima, pascua peco- *peries*. *ribus* gratissima, item Vites Vina generantes generosissima: Sylvæ quoque tam mate- *Soli ferti-* litas, riour, nec non preciosorum lapidum feraces. Inhabitarunt primum hanc Regionem *Euganci*, inde successu tem- *Imperium* poris *Veneti*, mox *Galli*, postea sub *Populi Romani* fuit imperio, cuius magestate inclinante in *Langbardorum* venit *Majori*. potestatem. Ijs successerunt, *Imperatores*, his *Berengarij*, quibus excis in ditionem redit *Imperij Romani*. Donavit bonam ejus portionem *Aquileiensis Ecclesia*. Otho Imperator, reliquamque cum *Istria* Conradus. Fecerunt tandem suis juris *Veneti*, circa annum 1340, qui hodieque ibi dominantur, licet pleraque *Comitibus Dominisque* subdit peculiaribus. Metropolis hujus Regionis *Vitium*, vulgo *Vdene*: Germanis *Weyden*. Conditum hoc Oppidum qui- *Urbes*, *dum* volunt ab *Austriacis*, quod *Austria* Duce diu hunc tractum possederint: alij *Attilam*, Hunnorum Regem, ejus auctore tradunt: quidam ab *Vdini*, Scythæ apud Plin. populi factum notant, nonnulli præfæ adserunt originis, argumento cum Arcis ab Julio Cæsare refectæ, nominisque ejusdem *Iulie*, tum multarum, quæ hic indies inueniuntur Antiquitatum. Aliorum opinione prætero. Leander arbitratur antiquum esse Oppidum, ejusque mentionem fieri apud Plinum. Niger credit Ptol. aliorumque *Forum Iulium* esse: non bene. Quidquid statuendum sit de prima origine, Vrbs est ampla & magnifica: rebus omnibus necessariis affluens, Ambitus ejus Milliarium est quinque. Veneti hodie Remp. regunt missis eo praefidibus quos *Locum-tenebentes* vocant, Civium in ea numerus est xvi Millium. Sunt & aliae urbes *Aquileia*, *Axona* Strab. & Steph. *Axona* Euftathio, *Aquilegia vulgo*, *Aglar* Germanis. Dieta, ut quidam volunt, ab fontibus aquarum perennibus, quibus abundat, vel, ut alij volunt, ab *Aquila*, militari Romanarum Legionum Signo: vel, ab *Aquiloni* Iliensi, quem ferunt in Italianum venisse cum Antenore. Conditam ab Romanis memorat Strabo, munitionis loco contra Barbaros. Sita ad Natisonem flu. Vrbs olim fuit ampla, copiosa, Mœnibus firmissima, Tempis, magnifico Theatro, alijsque operibus publicis & privatis supra modum ornata. De ea Ausonius:

Non erat iste locus; merito tamen aucta recenti
Nona inter claras Aquileia ciebris urbes:

Itala ad Illyricos objecta Colonia Montes:
Mœnibus & portu celeberrima,

Hodie infrequens est Colonis, & ad solitudinem propemodum perducta, quæ quondam summo fuit splendore, summaque amplitudine. Fidem sequuta legitur constantissime *Imperij Romani* usque ad *Attila* Hunnorum Regis tempora: à quo totum obsecra triennium magna Annonæ inopia laborans, tandem capta est & vastata, obtruncatis xxx fere septem hominum, qui in ea degebant, millibus: reliquis Gradus insulam fuga elapsis. Post ab *Narsete* restituta, in *Langbardorum* aliquandiu fuit potestate, usque ad Caroli Magni in Italianum adventum: ex quo *Italia Regibus*, deinde *Imperatoribus* paruit. Post sub ditione *Patriarcharum* esse coepit: ab ijs ad *Venetus* venit, sub quibus jam nunc pace alta & tranquillitate fruuntur. *Goritia*, judicis *Leandi*, *Iulium Carnicum* Antonino & Ptol. Alij de *Iulio Carnico* aliter statuunt. Amasias lib. de *Veneti*. finibus *Goritiam* notat, ubi quondam *Norea*: *Noritiam* Candidus. *Goritiam* suos habet Principes, qui *Ducibus Austriae* parent. Oppidum est opibus & nobilitate clarum. *Portus Gravarius*, *Plin. Portus Romatus*, *Spilimbergum*, natura loci opereque munitissimum: *Maranum* frequentia diciturque clarum: *Mons Falconis* nobile divesque Oppidum. Est & *Palma* civitas & arx rotunda à *Veneti* exstructa anno 1309-11, cuius fundamenta substrati sunt nummi cum hac inscriptione. Parte una, *Pascale Ciconia Duce Venetorum, An. Dom. M. D. xciiii*. Parte altera, *Fori Iuly, Italia, Christiana fidei propugnaculum*. Reliqua minorum gentium oppida prætero. Flumina ad hanc Regionem pertinent *Romantinum*, *Tilaventum*, *Sontius*, *Frigidus*, *Naijo*, *Alsa*, *Turris*, & *Scalia*. *Mores*. Indigenæ ad humanitatis Artes, Mercaturam aliaque honesta studia aptissimi.

CCCCC

FORO

